



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

V. Quid sit ius, dominium, vsusfructus, vsus, habitatio, emphyteusis,  
feudum, libellus, superficies, seruitus, & possessio, & qualiter hæ  
distinguantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

- 2 Aliqui sequuntur Buridan. §. *Ethicor. q. 7.* hanc divisionem reprobant asserentes iustitiam distributivam à commutativa non distingui: ducuntur hoc fundamento. Quia Respublica bona vacantia, seu superabundantia distribuens suis partibus eo quod partes sint ipsius Republicae iuxta earum merita non liberaliter, sed ex debito distribuit: aliàs nullum peccatum committeret, sicque obligationem restitutionis contraheret, hanc distributionem omitteus vel illam indebitè præstans, quod est contra D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 1. ad ult. & Caietanum *ibidem*. Sorum. *lib. 4. de iustit. quest. 6. art. 2. ad 1.* ergo in ea distributione actum commutativè exerceret: cuius munus est reddere præmium debitum siue debitum sit ob dignitatem personæ, siue ob dignitatem personæ, siue ob eius laborem, siue ob contractum initum. Et confirmo si testator relinqueret aliqua bona pauperibus dividenda secundum eorum qualitatem, & necessitatem non est dubium, qui in hac distributione Geometrica iustitia commutativa intercederet. Item si præmium esset propositum militibus decertantibus iuxta eorum valorem, servanda esset Geometrica proportio in distributione præmij ex iustitia commutativa. Et idem est si inæquales creditores existerent, quibus integrè satisfacere non posses ex hereditate, hereditas dividenda esset secundum proportionem Geometricam ex iustitiæ commutativæ obligatione. Ergo proportio Geometrica non impedit actum iustitiæ commutativæ. E contra vero stare potest bonorum communium distributio per iustitiam distributivam, absque eo quod vlla proportio Geometrica intercedat: nimirum si bona aliqua communia civibus benemeritis distribuenda forent; & solum vnicuique benemeritis appareret; vel casu quo apparerent plures omnes essent æquales. Ergo proportio Geometrica non est de ratione iustitiæ distributivæ. Præterquam quod proportio Geometrica non solum in iustitia distributiva, sed in charitate, observantia, aliisque virtutibus intercedere potest. Vt rectè expendit Rebell. *de obligat. iustit. lib. 1. quest. 3. sect. 3. num. 14.* Ergo censendæ sunt hæc proportionem Arithmetica, & Geometrica accidentales iustitiæ, ac proinde ex illis distinctio virtutum sumenda non est.
- 3 Retinenda nihilominus est hæc iustitiæ communis divisio, quam variis rationibus Aristotel. & D. Thom. *locis allegatis*. Gregor. de Valen. 2. 2. *disp. 5. q. 5. pun. 1. & 2.* Molina *de iust. tract. 1. disp. 12.* Lessius *lib. 2. cap. 1. dub. 4.* Rebell. *lib. 2. de obligat. iustit. q. 3. sect. 3.* Filliuc. *tract. 81. cap. 2. qu. 11. num. 45.* Paul. Layman. *lib. 3. sum. sect. 5. tractat. 1. cap. 4.* confirmant. Ea mihi videtur præcipua. Vbi est diversa ratio debiti, diversa sunt ius, diversa iustitia constituenda est. Siquidem obiectum iustitiæ est ius obligatione reparandum: at cum bona communia, superabundantia civitatis civibus distribuenda sunt secundum eorum qualitatem solo eo titulo, quia partes sunt Republicae, est diversa ratio debiti ab ea, quam iustitia commutativa respicit. Nam titulus ille non inducit in Republica obligationem strictam, & rigorosam divisionis faciendæ, & proportionis servandæ, nisi alius titulus adiungatur, & colligitur ex adductis *num. præcedenti*, sed solum obligationem honestatis, & decentiam. Ergo pro huiusmodi distributione faciendâ, & iure observandâ diversa iustitia statuenda est. Quocirca non ex proportionem Arithmetica, vel Geometrica hæc iustitiæ distinguendæ sunt, ut conuincit ratio superius allata, sed ex iure diverso, quod utraque satisfaciendum respicit: nam iustitia commutativa respicit ius sub stricta obligatione satisfaciendum. Secus verò iustitia distributiva. Ex quo fit hanc divisionem non esse generis in species, sed analogi in sua analogata. Vt notavit Layman. *dicto cap. 4.* eo quod iustitia distributiva, non sit propria iustitia, cum ius propriè debitum non respiciat.
- 4 Quælibet ex his virtutibus suas functiones habet. Distributiva distribuit officia, munera, dignitates, & onera communia Republicæ suis partibus. Commutativa reddit quod alteri est debitum, siue debitum sit, ex contractu, aut quasi contractu, emptione inquam, venditione, donatione, mutuatione, deposito, &c. Siue debitum sit ex delicto, furto scilicet, rapina, vastatione, homicidio, detractione, aliâque actione iniuriola, quia quocunque ex his modis debeat, strictè debetur.
- 5 Prædictæ divisioni addunt aliqui tertiam iustitiæ speciem, quam vocant vindicativam, eò quod aequalitatem seruet in penis pro delictis iniungendis. Sed in hac re distinctio est opus. Si vindicatio comparatur cum persona quæ penam sustinere debet, comparatione illius vindicatio non est actus iustitiæ, cum ipse vindictam non exigat, sed potius involuntariè sustineat. At si comparatur vindicta prout à Iudice insignitur ex vi sui muneris, & obligationis actus est iustitiæ commutativæ comparatione Republicæ, siquidem à Republica ad malefactores pu-

niendos conductus est. Vt docet D. Thom. 1. 2. *quæst. 101. art. 2. ad 1.* & ibi Caietan. Sorum *lib. 3. de iustit. q. 3. art. 1. & ult.* & licet Caietan, & Sorus *ibidem*. Molina *tractat. 1. de iustit. disp. 12. in fine*. Paul. Layman. *lib. 3. sum. sect. 5. cap. 4. in fine*. censent comparationem offensæ, qui vindictam exigat non esse propriè iustitiæ, sed quandam iustitiæ similitudinem, eò quod dampnum cui factum vindicta non reparatur, sed integrum maneat, cum iustitia propriè dicta satisfactionem damni ad aequalitatem requirat. Veritas tamen censo propriam iustitiam commutativam exerceri. Vt rectè docuit Rebell. *de obligat. iustit. lib. 1. quest. 3. sect. 4.* Gregor. de Valen. *disp. 5. quest. 5. pun. 1. ante finem*. Nam etio physice dampnum factum, & iniuria illata punitione delinquentis non reparatur, reparatur tamen moraliter, & secundum communem hominum æstimationem. Ob quam causam pro iniuria corporis, vel famæ pecuniæ ab infame solent iudices exigere. Cum verò corporalem punitionem insignitè delicto commensuratum, eò ipso offensus, immunis ab iniuria iudicatur.

## PUNCTUM V.

Quid sit Ius, Dominium, vsusfructus, vsus, habitatio, emphyteusis, feudum, libellus, superficies, seruitus, & possessio, & qualiter hæc distinguantur?

- 1 Ex prædictorum declaratione pendet declaratio obiecti iustitiæ.
- 2 Explicatur quid sit ius?
- 3 Quid Dominium?
- 4 Quid vsusfructus?
- 5 Quid vsus?
- 6 An in rebus quæ vsu consumuntur vsus à Dominio distinguatur?
- 7 Quid sit habitatio?
- 8 Quid emphyteusis?
- 9 Quid feudum?
- 10 Quid libellus?
- 11 Quid superficies?
- 12 Quid seruitus?
- 13 Quid possessio?

Iustitiæ perfecta declaratio pendet ex declaratione sui obiecti. Obiectum autem diximus esse ius, quod dominium, vsusfructum, vsum possessionem &c. comprehendit. Videamus ergo quæ hæc sint, & qualiter inter se distinguantur.

Superius diximus ius, quod est obiectum iustitiæ esse facultatem aliquid faciendi, habendi, vel obtinendi, cui si contrauenias iniuriam irrogas. Quam facultatem in duplicem partem diuisimus, alteram appellauimus ius in re, alteram ius ad rem, ex hac actio personalis oritur, non realis, cum res ad quam habes ius tibi non sit deuincta: ex illa verò actio nascitur, quæ rei vindicatio appellatur, quia vbiqueque res sit eam vindicare poteris, potè quæ tua est. *leg. officium ff. de rei vindicta*. Sed quia diuersimodè res tua esse potest, diuersæ sunt actiones reales, quæ tibi competere possunt pro illius defensione, vel recuperatione. Nam alia est actio realis ratione domini dictæ. *leg. in rem ff. de rei vindicta*. alia ratione domini vtilis. *leg. 1. ff. si ager vestigialis*. alia ratione possessionis; alia ratione seruitutis, alia ratione pignoris, vel hypothecæ. De quibus *instituta de actionibus*.

Dominium si generaliter sumatur est ius seu facultas disponendi de re aliqua tanquam sibi subiecta. Et secundum hanc acceptionem diuiditur in dominium iuri dictum, & dominium proprietatis. Dominium iuri dictum est ius gubernandi, iudicandi, puniendi, protegendum subditos, ab eisque emolumenta exigendi, quod rursus subdividitur in Ecclesiasticum, & sæculare; illud ortum habuit à Christo Domino; hoc à Republica, de quo inferius tractat. 3. agendum. Dominium verò proprietatis, de quo in præfenti, definitur Bart. ab omnibus receptus *leg. si quis rei ff. de hereditat. num. 4. ff. de acquirenda possessione*. Est ius præfenti disponendi de re corporali, nisi lege prohibeatur. In qua definitione ius ponitur loco generis, quia nomen iuris non solum dominium, sed plures alias facultates, & potestates comprehendit, reliquæ vero particule loco differentie statuuntur. Etenim dominium plenum, & perfectum, quod Bart. definit intendit in præfenti est ius, seu facultas disponendi propria autoritate de re corporali pro libito sine in proprium, siue in alium vsum. De re inquam corporali. Nam Bart. non est locus de dominio supremo, & Diuino Dei Optimi Maximi, quod nullatenus negare

ad res incorporales extendi, sed locutus est de dominio humano, & politico, quod ad res corporales quae tangi possunt, scilicet ad vestes, domos, agros, pecuniam &c. extenditur. Incorporalium enim qualia sunt iura eligendi, presentandi, percipiendi fructus, succedendi in hereditate non censuit Bartholus esse proprie dominium, sed quasi dominium, nec proprie possessionem, sed quasi possessionem. Additque nisi lege prohibeatur. Saepe namque contingit Dominum lege sic disponente impedimentum esse alienare rem, cuius habet dominium. Vt patet in pupillo, de quo Paul. ad Galat. 4. dixit nihil differre à seruo, qui quamvis Dominus sit hereditatis neque independentem à tutore eam vendere, aliove modo alienare. Et idem est de bonis vincularis qualia sunt maioratus, quorum possessor impeditus est alienare, quod non tollit quin illorum Dominus perfectus sit; sicuti non tollit infanti, amentis, & ebrio esse perfectum hereditatis Dominum, tamen durante infanti, amentis, vel ebrietate de ea disponere non possit. Satis enim est quod ex se possit, neminique alteri facultas de ea re disponendi concessa est.

4 Ex his facillè colligetur, quid sit dominium non plenum? est enim illud vi cuius nequis de re perfectè disponere. Quod ex duplici capite euenire potest. Primum, si in eo dominium habeat conseruatum. Vt contingit, si tibi, & alteri pro indiuiso hereditas relicta sit. Secundò si illius hereditatis tibi concessa sit proprietatis, & alteri usufructus. Nam eo casu solius proprietatis dominium habes, vt constat ex leg. si ita stipulatus. 1. 6. §. Titius. ff. de verb. obligat. §. 1. in prin. instit. de usufructu. Alter vero dominium habet usufructus, iuxta leg. possessores. Cod. de fundis patrimonialibus. lib. 1. §. leg. 4. ff. de usufructu. Quod dominium non est aequè perfectum, ad dominium proprietatis; eaque de causa usufructuarius non solet Dominus rei absolute appellari, sed cum addito nimirum ad usufructum. Porro praedictum ius, & dominium originem, & causam habere debet, nempe emptionem, donationem, concessionem à lege, & similia, quod titulus iuris, seu domini nuncupatur, non dominium. Sed quia aliquando euenit veram donationem, aut emptionem non intercedere, sed fictam, & simulatam; titulus domini alius est verus, alius apprensus. Ex vero titulo dominium acquiritur, ex titulo vero apprensus non nisi accedente possessione bona fide.

5 Usufructus quem diximus esse partem semipleni domini, est ius vtendi, & fruendi aliena re salua eius substantia. Sicuti docetur, leg. 1. ff. de usufructu. Et instit. de usufructu in prin. Etenim usufructuarius cum ius habeat percipiendi, & fruendi fructibus rei, vt sibi in usufructum concessa, non solum potest illis vt, sed & alteri vtendos concedere. Secus foret si non usufructus, sed vtus tantum concederetur, quia ex concessione nudi vtus, solus vtus rei, non vtus translatio conceditur. Debet tamen tam in vtu, quam in usufructu permanere salua res, quae tibi data est in vtum, seu fructum, ita vt ex illius vtu, aut fructuum perceptione non perimatur, alias non vtus illius, & fructus, sed res ipsa tibi esset concessa. Ex quo fit manifestè neque vtum, neque usufructum proprie constitui posse in rebus quae vtu consumuntur. §. constituitur instit. de usufructu. §. leg. 1. §. leg. ff. de usufructu earum rerum quae vtu consumuntur. Improprie tamen, & ex legum benignitate in eisdem rebus usufructus constitui potest cautione, & obligatione praestita reddendi illarum rerum estimationem finito tempore usufructus. Vt habetur praedictis legibus.

Duplex est usufructus legalis, & conventionalis. Legalis qui lege ipsa constituitur. Sicuti constituitur est patri in bonis aduentitii filij. Conventionalis vero qui ex conventionione, donatione, aliaue dispositione ab hominibus constituitur.

Vt nudus rei, est ius vtendi re aliena ad tuum tantum non ad alienum commodum. Vt colligitur ex instit. §. ff. de vtu, & habitate. Dicitur ius vtendi, vt distingatur ab usufructu, qui non est ius, sed vtus: potest namque alicui concedi vtus rei dependentem à voluntate Domini: sicuti conceditur conuiaz vtus cibi, & potus, quo casu non habet ius vtendi re, est vtus vtum habet scilicet argumentum est quod absque iniuria potest à Domino impediri. Additur vtendi ad distinctionem pignoris, depositi, & hypothecae, quibus iniuria Domino vt nequis. Subiungitur particula illa tantum, vt separetur hoc ius ab usufructu, qui in rei, & aliorum commodum esse potest. Tandem notatur praedictum vtum debere esse rei aliena; nam vtus quem Dominus rei habet, quemque causalem appellatur iuristae, quia ex dominio rei causatur, longe diuersus est ab usufructu vtu, vt de se constat. Quae omnia explicantur instit. §. ff. de vtu, & habitate. Vbi cauetur concessio iure vtendi pomario posse et percipere pomum, ficum, lignum, &

alia in tui, tuoque familiae commodum expendenda, possèque ibi commorari, & ambulare, dummodo Domino pomarii molestus non sis, neque pomarii culturam impediatis. Non tamen ex hoc vtus potes fructus locare, aut donare alteri, quia haec alienatio ad usufructuarium, sed non ad vtuarium pertinet. Et concessio vtus domus potes tu, tuoque familia ibi habitare, non tamen alteri ad habitandum concedere. Et concessio vtus serui, vel animalis potes eis vt, non verò alius eorum vtum permittere. Et concessio vtus gregis, stercoreare ipso tuos agros potes non alienos, nequis tamen frui lana, ferribus, vel lacte nisi modico, quia haec gregis fructus sunt, in vtum tamen minimè comprehensa.

Sed est graue dubium, An in iis rebus quae vtu consumuntur, vtus distingatur à dominio? Quam quaestionem Doctores versant occasione fratrum minorum asserentes neque in particulari, neque in communi vllius rei dominium habere. Quae sententia mihi verissima videtur. Sicuti eam confirmauit Nicolaus. III. cap. exiit qui seruiat, de verb. significat. lib. 6. & ante ipsum Gregorius. alique Pontifices, vt ibidem indicatur: & tandem Clemens V. in Clement. exiit de paradiso de verb. significat. & tradunt Doctores communiter. Sotus. lib. 4. de iust. q. 1. art. 1. Nauar. com. 2. de regularib. num. 2. Molina tract. 2. disp. 6. Rebell. de obligat. instit. lib. 1. quest. 7. sect. 4. Lessius lib. 2. cap. 3. dub. 4. num. 17. Etenim si ius habeas vtendi pecunià, cibo, vestibus, aliisque rebus vtu consumptibilibus dependentem à voluntate illius qui Dominum est illarum rerum, iuste illis vtis dum Dominus non contradicit. Et tamen in eo vtu nullum actum Domini exeres. Vt videre est in conuiaz, quem ad prandium iouitas cui vtum ciborum concedis nullo concessio Domino. Ergo distingui potest ius reuocabile vtendi aliqua re consumptibili ab illius dominio. Notanter dixi reuocabile, nam si ius irrevocabile alicui concederetur vtendi aliqua re consumptibili, non videtur quomodo illud ius à Domino distingatur. Et in hoc sensu dixit D. Thom. 2. 2. q. 78. art. 1. in rebus vtu consumptibilibus non debet seorsim comparari vtus rei à re ipsa cuiusque concedatur vtus; ex hoc ipso conceditur res & propter hoc in talibus per metum transfertur dominium, ideoque si quis seorsim veller vendere vinum, & seorsim vtum vini, venderet eandem rem bis. Loquitur namque D. Thom. de vtu irrevocabili, non verò de vtu reuocabili, ab alteriusque voluntate pendente. Hic enim minoris estimationis est ipsa re quae vtu consumi debet. Præterea D. Thom. solum intendit probare in iis rebus, quae vtu consumuntur inutilem esse earum concessionem vtu non concessio: siquidem omnis earum utilitas ex utilitate ad vtum desumitur, ideoque superuacaneum est, & inutile rem absque illius vtu concedere: è contra verò non videtur superuacaneum vtum illius reuocabilem concedere re, & dominio illius non concessio. Ex his facillè est paupertatem fratrum Minorum stabilire. Fatemur namque eos ius, & potestatem habere vtendi rebus illarumque fructibus sibi concessis absque vllò dominio, quod in ipsis, vel eorum communitate existat, quia illud ius, & potestas quam habent pendet vel ex voluntate eorum qui eas res Religionis concesserunt, vel ex voluntate Pontificis, in quem à donatoribus dominium translatum est. Si enim quilibet Religiosus cuiuscunque Ordinis absque vllò dominio rerum consumptibilium potestatem habere à Religione potest eas consumendi, quid mirum si tota aliqua Religio eam facultatem habeat ab aliquo extra Religionem existente penes quem sit earum dominium.

Solum videtur huic Doctrinae obstare extrauagans Ioan. XXI quae incipit. Ad conditorem, & dua sequentes de verb. significat. in quibus Pontifex contendit in iis rebus quae vtu consumuntur ius ad vtum non distingui ab earum dominio. Et ne alicui dubium esset fratres Minores dominium habere rerum quibus vtantur, à se, Sed quae Apostolica praedictum dominium abdicauit, & in ipsos transiit. Sed huic obiectioni facillè respondebis si aduertas, esto Ioan. XXI. praedictum dominium à se, sed quae Apostolica abdicauerit, postmodum Alex. VI. & alios Pontifices suscepisse. Vt habetur in prin. leg. Minor verbo paupertas. Neque in ea extrauag. Pontifex definire voluit dominium ab vtu non distingui tanquam rem ad fidem pertinentem, & quae ab omnibus credenda, & obseruanda esset, sed quod ipse vt vis doctus verum esse iudicauit, explicuit. Præterquam quod intelligi potest de dominio quodam imperfecto, quale priuati Religiosi habent potentes consumere rem, ac si vetè Domini essent. Vt notauit Lessius lib. 2. de instit. cap. 3. dub. in fine.

Medium inter vtum fructuum, & vtum nudum est habitatio. Cum enim alicui conceditur domus ad habitandum non est tantum ei concessus personalis vtus domus, sed & potestas ad locandam. Vt habetur §. Sed si cui instit. de vtu, & habitate. §. leg. cum antiquis Cod. de habitate. Neque

Neque ob inde censenda est concedi iuxta leges usufructus, siquidem sola morte eius cui habitatio concessa est finitur. *leg. si habitatio. ff. de usu, & habitate. & leg. habitatio. & leg. cum antiquitus. Cod. de usufructu, & habitate.* cum tamen usufructus multis aliis modis ceteris, ut postea videbimus.

Usufructus, & usui affinis est emphyteusis, feudum, libellus, superficies, siquidem in re aliena dominium utile concedunt, ea de causa emphyteuta, feudatarius, libellarius, & superficiarius usufructuarij nuncupantur, tametsi ab usufructuario per se sumpto in pluribus differant. Igitur emphyteusis est contractus, quo res immobilis alicui fructua traditur in perpetuum, vel ad vitam alicuius, vel ad tempus certum non minus decennio sub obligatione pensionis Domino proprietatis reddendae. Conuenit cum usufructu, quia ex re aliena fructus concedit, ut habetur. *S. ideo insit. de locatione.* Differt tamen ab usufructu communiter sumpto, quod usufructus constituitur etiam in rebus mobilibus, cum tamen emphyteusis solum in rebus immobilibus constituitur. Praeterea usufructus morte usufructuarij finitur, non tamen emphyteusis. Item usufructus nequit in alium transferri, bene tamen emphyteusis.

9 Feudum est contractus, quo res immobilis vel quae pro immobili habetur alicui fructua traditur pro fidelitate, obsequioque personali exhibendo. Differt ab emphyteusi, quod emphyteusis in recognitionem dominij directi constituit pensionem realem soluendam: at feudum obsequium personale. Saepè loco obsequij personalis realis pensio imponitur, & tunc feudum parum ab emphyteusi differt, tametsi legibus feudorum regulandum est. Vt aduertit Molina. *tractat. 2. de iustit. disput. 10. post initium.* Duplicem modum Dominus proprietatis seruare solet in feudo concedendo. Primus est si realem possessionem rei in feudum traditae concedat; & tunc dicitur concedere feudi inuestituram realem, & corporalem. Alter est si annulum, enselem, pileum, aliamque rem concedat in signum feudi sibi traditi, & potestatis propria auctoritate accipiendi illius possessionem, quique appellatur inuestitura abutua. Sicuti tradit ex communi Iulius Clarus. *lib. 4. sententiar. §. feudum. q. 26. Mol. tract. 2. de iustit. disput. 10. post princ.*

10 Libellus est contractus, quod emphyteuta, seu feudatarius rem in feudum, seu emphyteusum acceptam in alterum transfert, pro pensione sibi soluenda. Estque emphyteusis, seu feudum subalteratum. Vt colligitur ex *cap. 1. §. si quis vero de prohibita feudi alienat.* Eaque de causa passim Doctores feudum, & emphyteusum libellum appellant & e contra.

11 Superficies contractu conceditur superficiario alicui soli superficies ad domum edificandam, vineam, vel oliuetum plantandum. Ex vi cuius contractus quia solum non conceditur, sed illius superficies tantum de structa domo, aut vinea ibidem affixa finitur contractus, neque potest superficiarius iterum nouam edificare domum, nouamque vineam plantare, nisi denuo contrahat. Vt colligitur ex *leg. quoties in fine. ff. de usufructu. & ex leg. inter quos Sudanni. ff. de damno infecto.* Domus vero, vinea, aut oliuetum, & quicquid aliud solo annexum fuerit pertinet ad Dominium soli, ita ut finito contractu Dominus soli, non superficiarius illis uti poterit. Debet tamen aestimationem illarum rerum superficiario soluere; quia sunt melioramenta in re aliena iuste facta. Quae omnia colliguntur ex *leg. 2. ff. de superficib. & tradit Aluar. Valasc. aliis relatis de vera emphyteusi. quast. 33. Molin. tract. 2. de iustit. disp. 10. post medium. Rebelle. de obligat. iustit. lib. 1. quast. 7. sect. 3. num. 30.* Notanter dixi domum solo adhaerentem, nam caesula, aedificiaque mobilia tempore nundinarum aedificata proprietario soli non cedunt finito contractu, quia non censentur solo adherere, ut bene aduertit Molina *supra.* Durante vero superficiei contractu poteris domum vel vineam plantatam alteri locare proprietario soli irregulato, si absque pensione soluenda superficies tibi concessa est. Secus vero si cum obligatione pensionis, quia tunc censetur verus superficies emphyteuta. Sicuti docet Syuelt. *verbo Emphyteusis. quast. 15. ad finem.* Anton. Gomez. *leg. 70. Tauri, n. 31. Moll. & Rebelle. loc. cit.*

12 seruire astringitur. Neque enim res propriae tibi ex obligatione seruiunt, esto illis vtaris, quia obligatio rerum personae adhaeret, & nemo sibi ipsi obligari potest, ut bene traditur. *leg. in re communi ff. de Seruitutib. urbana. praedior.* Eaque de causa obligatio quam habet mancipium obsequendi suo Domino proprie non appellatur seruitus, quia mancipium totum est Domini, Dominusque eo tanquam re propria uti potest ad sui obsequium, & famulatum. Sicuti non dicitur seruitus usufructus, quem Dominus ex suo praedio percipit. Vt declarat Barr. *leg. 1. ff. de*

*seruitutib. Faber. §. aequè si agat. insit. de actionib. Anton. Gomez. 1. 2. var. cap. 15. n. 1.*

Seruitus igitur rei alienae triplex est, alia merè personalis quae à persona personae debetur. Vti si per contractum. vel vltimam voluntatem aliqua obsequia, vel ministeria à tuo mancipio exhibenda alicui concedas: nam eo casu ille cui est facta concessio in persona aliena seruitutem habet, alienaque persona alteri personae aliena seruitutem, idèoque dici potest haec subiecto, & seruitus merè personalis. Sicuti tradiderunt Faber, & Anton. Gomez. *supra.* allegari. Alia verò seruitus mixta nuncupatur, quia à re debetur personae. Vti est usufructus, feudum; emphyteusis, habitatio. Nam usufructuario, habitatori, & emphyteuta res in usufructum, habitationem, emphyteusum concessa immedietè subiecto ad usum, & fructum. Alia est seruitus realis, quae tuis rebus, & illis mediantibus tibi debetur. Et haec subdividitur in urbanam, & rusticam. Urbana seruitus nuncupatur quae quae praedio urbano, id est aedificio causà habitandi concessio debetur. Sub quo computantur agri, horti, & memora praedicti aedificio coniuncta & gratia recreationis consistit. Vt habetur *leg. urbana praedia. ff. de verb. significat. Rusticana seruitus est quae rusticano praedio datur. Rusticam censetur omne illud quod gratia habitationis concessum non est. Quae libet autem ex his seruitutibus subdividitur in affirmatiuam, vel negatiuam. Affirmatiua positum actum respicit, negatiua illius negationem. Item dividitur in continuam, & discretam. Continua dicitur, quia continuo seruitur vel re ipsa, vel in alicui preparatione. Discreta, quia per intervalla seruitur iuxta Domini beneplacitum. De quibus omnibus late agit octavo libro *variarum Digestorum, & Insit. de seruitutib. & videri potest Molina. tractat. 2. de iustit. disput. 11. pe totam. Couarru. lib. 1. variar. cap. 17. numero 11. Anton. Gomez. 2. lib. 2. variar. resolut. cap. 15.**

Denique possessio à pedum positione, seu sessione dicitur. *iuxta. leg. 1. ff. de acquirend. poss. §. quia frequentius rerum immobilium possessio pedum positione acquiritur.* Aliis placet dici à verbo posse, quia plurimum potest possessor in re possessam. Communiter autem Doctores. Syuelt. *verbo Dominium. numero 3. & verbo Possessio in princ. Couarru. ad reg. possessor. 2. pari. initio numero 1. Molina. tractat. 2. disput. 12. post princip. Rebelle. de obli. gat. insit. lib. 1. quast. 8. sect. 1. Lessius lib. 2. cap. 3. dub. 9. numero 40.* definiunt possessionem sumptam pro actu quo possessio acquiritur, ut sit *tenio vera, vel facta rei corporalis corpore, & animo iurisque administratio.* Dicitur *tenio*, quia ad acquirendam possessionem tenet manus, vel rangi pedibus res possidenda debet. Dicitur *vera*, vel *facta*, quia pluribus in euentibus possessio comparatur nulli reali apprehensione intercedente, sed solum ex interuentu alicuius actus qui ex iuris dispositione reali apprehensionem aequaliter, de quibus inferius agendum est. Dicitur *rei corporalis*, quia illius propria est tenio, & apprehensio, nam incorporalia sicut beneficia, commendae, iura seruitutes, & similia cum non proprie apprehendantur non proprie possidentur, sed quasi possidentur *insit. de interditi in princ. & cap. cum Ecclis. de causa possession. & propriet. & ibi glossa.* Sed quia interuentissima Doctorum sententia propterea in hoc negotio possessionem concedit. teste Couarru. *ad reg. possessor. 2. pari. initio. numero 1. Molina. tractat. 2. disput. 12. post initium. Rebelle. de obligat. insit. lib. 1. quast. 3. sect. 1. Lessius lib. 2. cap. 3. dub. 9. numero 40.* Dicitur *corpore, & animo*, quia vtrumque necessarium est nimirum rem possidendam apprehendere, & animum habere, illam ut propriam acquirendi. *leg. quemadmodum. ff. de acquirenda possessione.* Denique subiungitur *ex iuris administratio*, hoc est cuius non obstat. Non si ius dispositione aliqua impedit, ne ea corporali apprehensione possessio comparatur, uti disponit in laico bona Ecclesiastica apprehensio quantumvis continuata possessionem nec iuris, nec facti inducit.

PUNCTVM VI.

Quibus, & in quae Dominium competere possit?

- 1 Soli Deo, intellectualibusque creaturis dominium iustit.
- 2 Dominium Dei ad vniuersas creaturas extenditur.
- 3 Nullus homo alteri subicitur spectata rei natura; bene tamen iure positiuo.
- 4 Nullus sua vite, & membrorum dominium habet.
- 5 Fama, & honoris penes hominem dominium est.

Explicatis in genere quibus ius constitui potest et esse est ad singula peruenire. Et in quibus loquendum est